



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus HUMANIS. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. Vtrum si substantia panis non co[n]uerteretur in corpus Christi,
sed maneret, possit ibidem poni corpus Christi per diuinam potentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

quidno generis præcisè considerato: quia gradus specificus non possunt à generis separari, cum in vnam simplicem entitatem coalescant. Confirmatur, quia per eandem formam, panis est panis, & substantia, & entitas. Quomodo autem dicatur, *Id quod fuit panis, nunc est Corpus Christi*, qui modus loquendi videtur Caetanum mouisse, infra dicitur.

DVBIVM II.

Verum, si substantia panis non conuerteretur in Corpus Christi, sed maneret, posset ibidem poni Corpus Christi per diuinam potentiam?

42
Respon-
sio est affir-
mans.

Respondeo, Omnino tenendum est, potuisse ibi poni Corpus Christi cum pane, & sub pane, sicut modo est sub accidentibus per intimam præsentiam, quamuis accidentia tunc non haberent illum ordinem ad Corpus Christi, quem modo habent. Ratio est, quia sicuti quantitas panis, & alia accidentia, non excludunt Corpus Christi, sic neque substantia panis illud excludere potest, quin sub illa possit collocari & intimè præsens esse. Confirmatur; quia si Deus potest duo corpora retinentia suam extensionem simul ponere, multò magis poterit Corpus Christi habens modum existendi spirituale & indiuisibilem ponere sub panis substantia; cum corpus habens talem modum, nullo modo excludat aliud corpus habens extensionem. Vnde non solum potest per actionem substantialem & productiuam poni sub pane; sed etiam alibi positum per motum locale, seu actionem adductiuam sub pane collocari. Sicut enim actio productiua Corporis Christi sub accidentibus panis, nõ necessariò requirit desitionem panis; ita neque actio adductiua.

Qua actio-
ne possit
sub pane
poni Cor-
pus Chri-
sti.

Nec obstat, quod D. Thomas hic in Corpore dicit, rem non posse alicubi, vbi antea non erat, incipere esse, nisi vel per motum adducatur, vel per conuersionem alterius rei in ipsam ponatur. Quia D. Thomas loquitur de ordinarijs, & conuersis modis, quibus res aliqua incipit esse, vbi antea non erat; qui modi sunt motus localis, & conuersio. Non tamen intendit negare modum tertium, & extraordinariu, qui est instar puræ creationis: sed existimauit illum modum hinc locum non habere, Deumque etiam in miraculis, vti modis quàm maxime fieri potest consentaneis naturis rerum.

Explicatur
D. Tho.

ARTICVLVS III.

Verum substantia panis & vini per consecrationem annihilaretur?

43

Respondetur non annihilari. Ratio est, quia non desinit in nõ esse absolutè, sed in Corpus, & Sanguinem Domini. Verum, quia hoc obscure est:

Conuersio
quid sit, &
quid inclu-
dat.

Notandum est, Conuersionem esse transitum quemdam ex vna natura, vel forma, vel qualitate in aliam: vt cum vinum vertitur in acetum; cum aer in aquam; frigidum in calidum. Vnde necesse est conuersionem intrinsecè includere duas mutationes; quarum altera est in termino à quo, altera est in termino ad quem. Terminus enim à quo,

desinit esse, vnde mutatur ab esse, ad non esse. Terminus autem ad quem, incipit esse, vel absolutè, vt si antea non erat; vel secundum nouam quandam dependentiam, si erat.

Hoc ergo articulo quæstio est de mutatione quæ est in termino à quo, sive annihilatio? Quidam Doctores existimant hanc mutationem, quæ est in termino à quo, scilicet in pane, esse annihilationem. Ratio est; quia panis absolutè desinit esse, sic vt nihil ipsius substantiæ remaneat, perinde ac si nihil aliud succederet ergo annihilatur. Probatur consequentia; Quia annihilatio est totius desinitio in nihil. Et confirmatur; quia panis iste potest reproducì à Deo per creationem: quod signum est fuisse annihilatum. Ita Gabriel Lectio- nẽ 40. in Canonem; & Occam in 4. q. 6. & Albertus Mag. in 4. dist. 10. quæ sententia non est improbabilis.

Quidam
putant pa-
nem anni-
hilari.

Meliùs tamen dicitur, panem non annihilari. Ita passim alij Doctores dist. 11. & D. Tho. hic. Rationem quidam reddunt: Quia panis, inquit, non desinit per meram suspensionem concursus diuini, sed ex vi actionis positivæ qua species se- parantur à subiecto. Detractis enim omnibus ac- cidentibus substantia naturaliter desinit esse: nam forma non potest manere in materia sine disposi- tionibus; vnde necessariò euanescit, Materia quo- que nõ potest priuari omni forma; vnde etiam necessariò desinit esse, cù prior forma euanescat, & alia non succedat.

44
Melius ne-
gatur.

Ratio quo-
rundam.

Sed contrà: Primò, Quia hæc sententia supponit accidentia separari à substantia panis per actionem positiuam, per quã accipiant modum quen- dam positiuum existendi per se, qui modus sit ter- minus huius actionis: quod non videtur verum. Nam frustra ponitur talis modus existendi posi- tiuus in speciebus Sacramentalibus; vt infra ostē- demus: vnde etiam frustra ponitur illa actio se- parans accidentia, & modum illum conferens. Secundò; Esto, sit talis actio, & talis modus in accidentibus separatis, non tamen videtur facere ad propositum. Nam conuersio panis in Corpus Christi, est integra quædam mutatio substantia- lis: ergo non debet constare nisi mutationibus substantiabilibus. Sicut enim substantia composita non constat, nisi substantijs; ita mutatio substan- tialis composita debet tantummodò consistere mu- tationibus substantiabilibus; qualis est desinitio pa- nis & inceptio Corporis Christi. Atqui hæc mu- tatio circa accidentia, non est mutatio substan- tialis; quia solum terminatur ad illum modum accidentis: ergo est extra rationem transubstanti- ationis, quæ est mutatio substantialis: ergo ex ea non potest ratio desitionis illius sumi. Confir- matur, quia modus iste desinendi non repugnat annihilationi: quod patet in simili. Si enim Deus separaret ab Angelo intellectum, & voluntatem, & sic Angeli substantia desineret esse, verè anni- hilaretur. Sic si à toto mundo detraheret omnia accidentia, & ita mundus desineret esse, verè anni- hilaretur. Tertio, Ex detractiõne formæ, vel accidentium, non necessariò sequitur desinitio ma- teriæ, vt quæ sit omnium formarum, & acciden- tium corporalium fundamentum: sed solum ex ordinatione diuina merè libera, qua statuit illi rei subtrahere concursum conseruatiuum, quæ modo naturæ suæ tam dissentaneo existeret. Vnde hæc desinitio magis æstimanda est libera subtractione concur-

Refellitur.